

ANTHEMIS LUTESCENS.

Foliis alternis, lanceolatis, tomentosis; caule suffruticoso.

Suffrutex; 3-5 pedalis, ramosissimus odoratus. *Folia*; alterna, lanceolata, obtusiuscula, integra, inferne tomentosa, superne viridi-lutescentia, pube tenuissima induta, petiolis brevissimis. *Penduculi*; terminales, subcorimbosi, glabri. *Calices*; subaequales, foliolis ovatis. *Discus*; multiflorus, luteus. *Radius*; concolor, semiflosculis integris aut bidentatis. *Receptaculum*; conicum, paleis ad apicem inaequaliter dentatis.

Frequentissima in aridis collibus de Guadalupe prope Mexicum. Floret augusto septembri et octobri. Cerv.

Folia et flores fragrantissimum odorem Abrotani aemulun spirant, pro quo substitui possunt in officinū Mexicanis

ANTHEMIS SINUATA.

Foliis pinnatis; foliolis sinuato repandis; caule erecto; floribus subpaniculatis.

Herba; sesquipedalis. *Caulis*; ramosus, teres, pubescens, levi-

videt, excesores ruitos ac conditos diffinito considerare
miseris et amissuris nihil. Et puto non audiret aut
magis vel in aliis solo dispensari mortali enim nos
concedit, ut in aliis sicut in aliis tristis, cum soli omni
tristis nunc beatus est, non potest, neque poterit, ut
mortali mortaliter se compungere. Et si illi
autem gratia enduit, et ita ut etiam potest, ut soli
mortali amittat, non potest, neque poterit, ut
mortali mortaliter se compungere.

JOANNES LEXARZA mecum amicitia conjunetus, ac in fasci-
culorum elucubratione collaborator diligentissimus et expe-
rientissimus, cum *Orchidianum* ejus opusculum sub praelo
jam esset, novamque imposterum plantarum supellectilem
pararet, in dirum ac diuturnum implicitus morbum, ac tan-
dem viribus postratis ac penitus consumptus, calendis sep-
tembris anni superioris excessit è vivis. Extinctum est apud
nos butanicae lumen; luget Michuacanae conventus virum,
quem patriae patrem decet appellare, nosque omnes ad
quos tan emeriti civis notitia pervenit, huic parem diu de-
siderabimus. Sed ab initio est ordiendum. Lexarza Valli-
soleti Michuacanensem anno millesimo septingentessi-
mo octo gessimo quinto è familia genere et opibus valenti
editus est, atque initio his doctrinis, quibus ingenua pueri-
tia impertiri solet, post vero Peripateticorum Philosophiae
(sic enim illorum temporum conditio ferebat) deditus, no-
bilis inter aequales aestimabatur, facillimeque condicipo-
los antecellebat. Duodecimumae tatis agebat annum, cum ad
illud mexicanum Liceum translatus, est, cui maxumam pe-
perere celebritatem, et hispanus Delrio, qui summa cum lau-
de triginta ab hinc annis mineralogiam profitetur, et Oteiza,
Chovel, et Valencia mexicani, quorum primus null, geome-
trarum secundus fuit, reliqui vero in scientia mineralogica
principes, atque in odium libertatis, à realistarum ferocia
trucidati, academie palmam cum clarioribus triumphis con-
junxere. In percelebri isto Seminario, physicis, mathematicis
ac delineatorum arte decem et octo mensium spatio se exer-
cuit, ac in certamen vocatus, Humboldtum interrogatorem
habuit et laudatorem; sed scholam relinquens, nec mineralo-

gistarum curriculo confecto, in domum revocatus, familiari-
bus intentus negotiis, ac studia intermittens, in gloriam
aut non satis illustrem transegit adolescentiam. In vigessi-
mo vitae sua versabatur anno, cum beatitatis domesticae,
jacturae solarium quaerens, iterum se ad studia revocavit:
poetas et oratores avidissime perlegit, identimen historiam
adidiscit, et musicis se dedit in quibus ductore usus est
percelebri Michuacanensi *Elizaga*, quem natura musicum
finxit, doctrina vero ad culmen artis evexit; sic et ligata
componendo oratione, et gallorum vertendo libros, et musi-
ca ludendo instrumenta, at majora se inscrite parabat, et
pessundatum moerore animum reficiebat. Adventante per
id temporis amico, ab eoque in botanicae eruditus elemen-
tis, nec æri nec fractae parcens valetudini, tan ardenter
huic se contulit studio, ut brevi intervallo scientissimus in
re herbaria existimaretur; nec reliquias aspernabatur natu-
ralium rerum disciplinas (una excepta mineralogia à qua
instinctu quodam abhorrebat) aliosque cadem vi ac contain-
tia suscipiebat labores, quo factum est, ut paucis annis pro-
piis impensis, seque magistro et ductore. Michuanensium
vegetantia et animantia quam plurima collegerit ac descrip-
serit, ejusdem ditionis *Estadistica* composuerit, ac geo-
graphicam chartam magna ex parte invenerit, atque indus-
trie elavoraverit. Pulchra sunt haec, dignaque ut summis
prosequantur laudibus, sed pulchrius magisque gloriosum,
se totum reipublicae conferre, salutem civium ac commoda-
rationibus; quae quidem omnia tanta animi contentione in
vita Lexarza perfecit, ut potius quam vi morbi, laboris pon-
dere obrutus ac sublatus predicari possit.

Ad haec honores non petit cum paterent, sed ultro ei
à concivibus, reipublicaeque rectoribus sponte delati sunt.
Sic ter cum Vallisoletani electorem popularem constitue-
runt, et aedilis factus est, et conlegii provincialis VII vir,
ac tandem ad Supremum Michoacanensem conventum ape-
llatus: jam vero et Tejas praefecturam, et honorificentissi-
marum legationum à secretis esse, quoniam id dimittere li-

cebat, recusavit. Militiae, cum inter pueros adhuc versare-
tur, licet ingenii docilitati dulcissimisque reluctantibus mo-
ribus adscriptus, *prochiliarchi* gradum mature, nec interce-
dente favore pervenit, tuneque uti vicarius collegio coopta-
tus est cui castrorum praefectura commititur, itinerarium
que militare scripsit, quod summa cum laude supremus rei
bellicae senatus excepit, atque probavit. Sed ante quam
finem faciam, (vereor enim ne cum talis personae amplifica-
re velim; minuam gloriam) illud unum minime pretermittendum
est, quod Lexarzam maxime ornat atque commen-
dat, quodque uno iectu quantus qualisque fuerit ostentat
apertissime: equidem vit modestus, temperans, mitissimus
nec audaci praeditus natura, patriae tamen agitatus amore,
libertatis partes ardentissime amplexatus est, atque optimis
et animosis secundntus civibus, ituabidianum apud Mi-
chuacanenses imperium lavefactavit, funditusque evertit.

Lexarza igitur praestantissimo atque incomparabili extinto cive, iquid aliud restat, nisi ut illius memoriam quantum in nobis sit decoramus, utque immortalem in fastis
saltēt botanicae reddamus? quod profecto, iquid potius quam mihi, amico, collaboratori, et orchidianarum ejus iconum naturae coloribus, expressarum haeredi, aut quando magis usurpandum est, quam cum editam Stadisticam ejus vidi-
mus, orchidianumque opusculum hoc fasciculo traditum exhibemus? Quae cum ita sint officio me satisfecisse aestu-
mo, cum plantam nomini ejus nuncupo, statura proceram,
floribus ornatam odoratissimis, familia singularem admo-
dum omnibusque numeris raram, et magnificam: etenim
piramidalis funebris arboris aspectus, et luctum nostrum
exprimit, et quod gloriosum illi nomen, aeternamque bea-
titatem exoptamus. Mexici idibus Januarii anni.....
M.DCCCXXV.

NOVORUM VEGETABILUM DESCRIPTIONES

TRUJANOA.

Pentandria monogynia. Calix duplex. Antherae sessiles, glandulis alternantes. Fructus, lentiformis.

T PINNATA.

Arbor mediocris et ramosa, foliis vestita alternis, imparipinnatis, foliolis ovatis, osporitis, breviter petiolatis, integris, supra glabris, subtus pubescentibus.

Inflorescentia; spica subpinnata, spiculis alternis, petiolis communibus axillaribus et terminalibus insertis.

Flores; minuti.

Calix; aplex, exterior 3-fidus spiculae insidens; interior 5-fidus.

Corolla; penta petala, foliolis albis, erectis, ovatis.

Antherae; quinque, subsessiles, glandulis 5 rubris alternantes.

Stylus; brevissimus, stigmate trifido, ovario depresso.

Semen; unicum, subcorneum, figura et magnitudine lenti simile, visco indutum, pellicula in maturitate rubra tectum.

Martio florentem inveni ad ripas Huehueyapan, ad S. Josephum del Corral:

Valerio Trujano Axuchilanensi, inter primos mexicanae libertatis defensores spectatissimo, ipsi, quod bellicis jam antea factis illustris, Huajuapan et fame affictam, et dura absidione pressam, parva nec veteranorum manu, mensibus quinque tectam sustinuit, ac tandem incolumen servavit.—D.—Ll.

AUGUST

CASIMIROA.

Pentandria monoginia. Calix quinque dentatus. Corolla penta petala. Filamenta receptaculo inserta. Bacca pulposa pentasperma.

C. EDULIS.

Arbor; ramosa et mediocre, foliis instructa pinnato-palmatis, foliolis 5-7 petiolatis, lanceolatis, glabris, integris, subvitellinis, longitudine 3-4-pollicaribus.

Flores; in racemun dispositi.

Calix; brevis, quinquedentatus.

Corolla; pentapetala, foliolis albescensibus, revolutis.

Filamenta; quinque, subulata, receptaculo inserta, corollae subaequalia.

Germen; hemisphaericum, stigmate sessili, obscure quinquepartito.

Pericarpium; bacca subglobosa, pulpa sapidissima referta, malorum fructum magnitudine ut plurimum excedens.

Semina; quinque. pollicaria, cortice vitellino induita.

Habitat in callidis et temperatis regionum nostrarum, flores vere emittens. *Istactzapotl Mexicanorum*, hispanice *zapote blanco* audit.

In botanicorum libris, in his saltem qui ad nos pervenerunt, minime hujus plantae metio fit, quod mirum fortasse videbitur

si proceritatem ejus spectemus, et suavitatem fructum, qui ubi-
que in emporiis venditantur.

*Casimiro Gomez, ad Cardonal ex tribu Ottomitarum edito viro
sobrio ac temperanti, in gerendo bello, prompto, sagaci animosissimo,
ipsi, quod à luxu abhorrens, et se et milites suos humili victu ac ves-
titu conservans ac ducens exigua Ottomitarum manu, innumerabilia
ac gloriosissima pro patriae bono gesserit.—D. II.*

CALIBRACHOA.

*Pentandria monogynia. Habitus convolvuli. Perianthium
pentaphyllum. Corolla monopetala, fovea excavata in laci-
nia inferiori. Capsula unilocularis, bivalvis.*

C. PROCUMBENS.

*Caulis; 1-2-pedalis, teres, procumbens (quandoque repens),
ramis alternis subdichotomis.*

Folia; alterna oblonga, integerrima, glabra.

*Flores; solitarii, parvi, violacei, pedunculis foliis brevioribus
ex dichotomia enatis.*

*Perianthium; pentaphyllum, foliolis linearibus, integris, erec-
to-patentibus, subaequalibus, longitudine corollae.*

*Corolla; monopetala, infundibuliformis, tubo teretiuseulo, bre-
vis, fauce angulata, limbo plicato, quinquelobo. lobis ad medium
cordato-acuminatis, fovea excavata in lacinia inferiori, intus pa-
lati instar prominenti.*

*Filamenta; quinque, inaequalia, ad basim tubi, illoque brevio-
ra, antheris subrotundis.*

*Germen; conicum stilo filiformi longitudine staminum stigma-
te, obtuso.*

*Capsula; conica, unilocularis, bivalvis, seminibus plurimis,
angulosis receptaculo conico affixa.*

In arvis Mexicanis frequens. Floret tota aestate.

*In honorem Antonii de la Cal et Bracho, horti Matritensis alumni,
horti Mexicanici socii, Pharmacige, Chemiae et Botanices optime me-
riti Profesoris.—Cerv. D.*

JULIANIA.

Decandria monogynia. Perianthium pentaphyllum foliolis oblongis, deciduis. Corolla pentapetala, patens. Filamenta decem subulata alterna breviora Antherae tetragonae, quadrisulcatae. Ovarium globoso-pyramidalum, ad medium quinqueangulatum. Stilus brevissimus. Stigma capitato pentagonum. Capsula quinquelocularis, quinquevalvis.

J. CARYOPHILLATA.

Frutex; elegans. 5–7 pedalis, ramosissimus.

Rami; alterni, sparsi, frequentius subcymosi, antiquiores teretes, juniores parum compressi, pubescentes.

Folia; alterna opposita, ternata, rarissime digitata, foliolis nunc obovatis, nunc subspathulatis, nunc denique oblongis, intermedia longiore, integerrima, glabra, parum ciliata, utrinque glandulis plurimis translucidis conspersa.

Petoli; communes longitudine foliorum, partiales nulli, foliis simplicibus oppositis exceptis, quae petiolo breviori ornantur

Pedunculi; cymosi, longissimi, paniculati, 4–6-flori, pubescentes, bracteis oblongis, acutis, ciliatis, villosis instructi.

Calyces; corolla breviores, foliolis glandulosis, ciliatis, patentibus.

Petala; ovalia glandulosa, apice dente obliquo notata, candida odorata.

Stamina; compressa, crassiuscula.

Stilus; teres, villosus: stigma quinquestriatum, villosum.

Semina; ovata, duo in singulo filamento; haec omnia in germe visa, pericarpia enim nunquam ad maturitatem pervenient.

In hortis Mexicanis magno praetio habetur, et ab Indorum gentibus ad exornanda altaria diligentissime colitur, in emporiisque ad hoc usum magna copia venditatur. Folia masticata saporem Caryophilli aromatici aemulum praebent, propter quod *Yerba del Clavo* aut *Flor de Clavo* communiter audit. Floret tota fere aestate.

Obs. Genus *Fagoniae* affine, differt tamen ab illo, petalis, staminibus, antheris et stigmatibus,

Juliano Cervantes, Vincentii filio, praesbitero mexicano; Phisicae, Chemiae, ac Pharmaciae cultori egregio, ipsi, quod in re herbaria versatissimus, in Mexici horto, moderatoris vices, per multos annos, summa cum laude gesserit.—D. Llav.

Habitat in Praesidio de Sancta Rosa, ad Chihuahua. Floret vere.

Genus dicatum D. Ignatio Leon, ex nobilium Tlaxcaltecarum genere, et Chimalpopocarum sanguine orto, Pharmacologie et Botanices Profesori, qui plurimis seminibus novorum generum et specierum in Praesidio de Sancta Rosa colectis, hortum Mexicanum ditavit.— Cerv.

LEONIA.

Didynamia gynospermia. Habitus salviae. Perianthum monophyllum labio superiore truncato. Corolla monopetala labiata ringens. Stamina duo superne furcata. Semina quatuor oblonga.

L. SALVIFOLIA.

Herba; pedalis, ramosa, pubescens, caule totragonio, ramis brachiatis.

Folia; cordata, crenata, rugosa, pubescentia, petiolata.

Flores; eleganter rubri, per verticillos 5-6-florum pedunculatos dispositi, et bracteis ovato-acuminatis sessilibusque instructi.

Perianthium; monophyllum, striatum, bilabiatum, labio superiori truncato tridentato ascende, inferiori bidentato dentibus acutissimis longioribus.

Corolla; monopetala, ringens, tubo brevissimo, fauce sensim ampliata, striata, subtrigona, rictu subrotundo, labio inferiori trifido, lacinia intermedia majori emarginata, superiori cresto, carinato, emarginato, breviori.

Stamina; duo, fauci corollac ad latus labii inferioris inserta, superne furcata, antheris quatuor oblongis, quarum singula in qualibet divisione filamenti.

Ovarium; superum, tetragonum, stilo filiformi, corolla longiori, stigmati trifido, lacinia inferiore majore.

tice fibroso sublignoso tectum, calice ampliato jamque lignoso ad medietatem glandis cinctum.

Habitat solitaria ad Izucar in suburbio S. Didaci.

Claris. Reip. Praeses Guadalupe Victoria, cum adhuc III vir ad australem inter Oaxacam et Angelopolim plagam, publicae tranquillitatis causa proficisceretur. per Izucar transiens ibique funebrem Lexterzae majestatem admirans, ramum foliis floribus et fructu instrutum ad manus meas ut descriptio fieret pervenire fecit; post vero, charissimus meus collega, Doctor Josephus Ignatius Luna, benemeritus Izucarensis parrochus, arboris iconem et dimensiones missit accuratas addens, sub magnifica hujus camera ē ramis eformata inferioribus, indigenas primitivos, mortuos suos lugere venire, floresque ejus solitos esse miscere pozonqui (potus est, ex theobromate frigido confectus) quo in nuptiis et festis recreantur, ut sapidiorem reddant, ex quo fortasse, arbor vernacula Cacahoaxochitl appellata est, quod hispanice verti potest, Flor de Cacao: Eodem testante parrocho, nec Izucarensi ditione, nec reliquis huic vicinis, ullum aliud invenitur individuum, sed Doctor Michael Valentini Huamantlensis parrochus rerumque naturalium observator non ignobilis Cacahuaxochitl descriptionem considerans, mihi asseruit, se cum per Mistecas iter ageret, conos huic similes a longe prospicuisse.

Licet stipulas non viderim, tum reliqui descriptionis characteres tum, maxima mucilaginis copia quae floribus madefactis in parte antherifera cummulatur cacahoaxochitl ad malvaceas revocant.—Llav.

LEXARZA.

Monadelphia poliandra. Calix bracteolis caliculatus. Corolla 5--petala. Glans monosperma calice cincta.

L. FUNEBRIS.

Arbor; procera e ramis deorsum versis compactum conum ad terram usque productum exhibens. Altitudo coni 60 ped. Diameter basis 36 ped. Diameter trunci $\frac{7}{8}$ ulnae Circunferentia fornicis seu camerae provenientis e ramis inferioribus qui ad altitudinem trunci 6 ped, inserti, alia vero extremitate ad terram pertingunt, 108 ped.

Folia; alterna, sub lanceolata, acuminata, integra, glabra, subtus ad nervorum angulos tomentosa, petiolo donata brevi; mediocria, longitudine 12, majora 16-pollicaria.

Flores; solitarii, subsesiles, suaveolentes, nunc axillis inserti, nunc ex adverso prodeentes.

Calix; tubulosus, crassus, subcoriaceus, striatus, intus pilosus, limbo eroso-crenato, basi bracteolis 2-3 caliculatus.

Corolla; petala 5-linearia, albo-eburnea. stylum magnitudine, aequantia, unguiculis attenuatis calici aequalibus.

Staminum tubus; calice duplo longior, striatus, apice 5-crenatus, antheris hic adglomeratis, ovatis, adpressis, margine polliniferis.

Stylus; subtetragono-sulcatus, staminum tubo paulo major, stigmate capitato.

Fructus, semen unicum figura et magnitudine corilliformi cor-

MIERIA.

Polygamia aequalis. Calix, oligophyllus, pauciflorus, caliculatus. Receptaculum nudum. Pappus, paleaceus.

M. VIRGATA.

Caulis; bipedalis, striatus, scabriuscus, de medio ad summum ramosovirgatus.

Folia; alterna; superiora simplicia, reliqua pinnata, ut plurimum ternata, foliolis linearibus, angustissimis, integris, serobiculatis.

Flores; solitarii, longe pedunculati, panicula dichotoma dispositi.

Calix; turbinatus, pentaphyllus, foliolis obovatis, adpressis, concaviusculis, margine imbricatis, hic rubentibus, apice membranaceo-flavicantibus, basi foliolis duobus inaequalibus caliculatus.

Flosculi; quinque, lutei, calici subaequales, limbo quinque-dentato, stylis vix exsertis, antheris inclusis.

Semina; tetragona, basi attenuata, angulis non raro ciliatis, vertice paleis hyalinis brevibus coronato, ad angulos in aristulam desinentibus.

Habitat ad colles Tacubaya et aliis in locis Mexico vicinis.

Servando Theresiae Mier, Mex. Universitatis Doctori, ad comitia generalia pro Regiomontana ditione Delegato, ipsi, quod scriptis nervo plenis, bellum tirannis indixerit, nec unquam, vexatus licet et ad necem persecutus, libertatis causam deseruerit.—D. Llav.

ROLDANA.

Polygamia superflua. Flos radiatus. Calix, oligophyllus, aequalis, caliculatus. Radius ex ligulis remotis. Receptaculum favosum. Pappus pilosus.

R. LOBATA.

Caulis; orgyalis, ramosus, pilis obsitus, teres, subflexuosus.

Folia; alterna, rotundato-lobata lobis 5-7 nunc repandis, nunc obtuse angulosis, crassiscula, mollia, longe petiolata, superiori pagina pubescens, inferiori viridi-albicantia, pube submentosa.

Flores; lutei, mediocres, primo adspectu discoidei, in racemos, paniculatos ramorum extremitate dispositi, ac pedunculis 2-3 floris, foliolis instructis filiformibus, suffulti.

Calix; cylindricus, ex foliis 8, acutis, aequalibus, basi foliolis 2-3 filiformibus caliculatus,

Radius; ex semifloseculis constat 5-7 brevibus, erectiusculis, subencyclatis, 2-3-5 partitis, stylo erecto praelongo, stigmatibus revolutis.

Discus; multiflosculosus, limbi dentibus revolutis, antherarum tubo praelongo, eminenter exerto.

Receptaculum; squamoso-favosum.

Pappus; dentato-pilosus, uniformis.

Semina; linearia, glabra.

Januario floret in horto mexicano.

Eugenio Montaño et Roldan Otumbensi, inter strenuos libertatis du-

ces fortissimo, qui in campis Apam pos' quam multoties pr' offigavera regis copias, ab iis tandem equo deficiente obsessus ac circundatus, ne animam tirannorum dimitteret arbitrio, memor pristinae virtutis, solus contra hostium agmen pugnans, usque eo se gladio defendit, quod plumbis confossum vitam exxit glorioissime; ipsi ob invictum animi robur, et praeclara pro communi libertate gesla.—D. Llav.

MONTAÑOA.

Polygamia frustanea. Flos radiatus. Perianthium pentaphyllum. Pappuso. Receptaculum, convexum, paleis vestitum hirsutissimis, semina aliquantulum involventibus.

M. TOMENTOSA.

Frutex; 5-8 pedalis, ramosissimus, ramis oppositis, erectis, villosis, tomentosisque.

Folia; inferiora cordato aut ovatotriangularia, acuta, inferne tomentosa, superne pubescentia, dentatosinuosa, petiolis plerumque alato-subpinatifidis: superiora frequenter alterna ovato-oblonga, lanceolataque.

Pedunculi; paniculato-corymbosi, foliis aliquot floralibus, linearibus instructi.

Flores; albi, suaveolentes, uti tota planta.

Perianthium; pentaphyllum, foliolis oblongis, inaequalibus, parvis.

Discus; ex flosculis tubulosis 12-14, tubo tereti, filiformi, limbo campanulato, quinquefido, lacinis revolutis.

Radius; ex semiflosculis 4-5 oblongis, emarginatis, utrinque dentatis, genitalibus infoecundis.

Receptaculum; parvum, convexum, paleis, hirsutis admodum, membranaceis, calycem propium mentientibus, seminaque aliquantulum amplexantibus, instructum.

Semina; obovata, compressa.

Frequentissima ad ripas defossarum juxta Mexicum, ubi a naturalibus Cihuapalli nuncupatur Floret aestate et autumno.

Ludovicus Montaña angelopolitanus, vir magno ingenio, Acad. mexicanae Doctor insignis, in re medica nulli apud nos secundus, rerumque naturalium, vegetantium praesertim indagator diligentissimus hujus memoriae novum hocce genus.—D. Cerv.

JALAMBICEA.

Monoecia hexandria. *Flos masculus.* Spatha diphilla, foliolis oblongis, acuminatis, compressis, marcescentibus. Corolla hexapetala, petalis lanceolatis, tribus exterioribus parum latioribus. Filamenta sex brevissima; antherae oblongae quadrangulares erectae sulcatae. *Flos hermaphroditus foemineus.* Spatha ut in masculis, folio exteriore breviore. Corolla tripetala, petalis oblongis, masculinis internis similima. Filamenta sex brevissima, singula duo ad basim cunctus petali: antherae nullae. Germen inferum oblongum striatum; stili sex bipartiti: stigmata duodecim subspiralia stilis longiora. Capsula ovalis striata unilocularis. Semina plurima subrotunda pedicellata glandulis plurimis referta.

J. REPENS.

Planta; aquatica, perennis, radice fibrosa, filamentis plurimis barbatis onusta.

Caulis; repens, teres, striatus.

Folia; omnia radicalia, ovata, integerrima, glabra, superne nitida, inferne post florescentia praesertim gibba, vesiculis plurimis aere distentis repleta.

Pedunculi; longissimi, striati, subfistulosi parum rufescentes, supra plani, subter convexi; masculi communiter tres in singula spatha, altero longiore; foeminei, solitarii, longissimi, omnes radicales.